

dominus magnus Nicholaus magnusson dominus Johannes joari Et stephanus de norbærghum cum aliis pluribus fidedignis In cuius testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Allmän öfverskrift: [Littere super bonis prebende canonicalis] wtae.

3304.

1337 d. 11 Juli.

Slätteryd.

SVEN THROTTASON GÄDDA gifver sin hustru Ingrid Gözdotter en gård i Jannaryd i morgongåfva.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 3. v.

Omnibus presens scriptum cernentibus. SVENO THROTTASON dictus GÄDDA, salutem [in] domino sempiternam. Nouerint vniuersi, tam posteri quam presentes, me predilecte consorti mee Ingridi Gøzdotter curiam meam in Jannarydh sitam cum singulis suis pertinencijs videlicet domibus, agris pratis, pascuis, siluis, ac alijs omnibus adiacencijs infra sepes vel extra, longe vel prope positis ratione donacionis propter nupcias vulgariter dicte Morgongæff rite et racionabiliter contulisse. Tali ratione prehabita, quod si Deus nobis liberos annuerit, dicta curia cum suis pertinencijs, ut premissum est ipsis liberis pro matrimonijs deputetur, si vero ipsam absque liberos[æ:—is] mori contingat me super viuento, quod Deus auertat tunc dicta bona mihi pro octoginta marchis denariorum absque omni impetitione heredum suorum cedant redimenda. Si autem me sine liberos[æ:—is] ipsa superstitute mori contingat, predia sepedicta ipsi, ipsiusque heredibus cedant irreuocabiliter iure perpetuo possidenda. In cuius euidentiam firmiorem et robur perpetuum, sigilla discretorum virorum, videlicet Gøstawi Niclisson, Pether [æ: Petri] Pætharsson, necnon dilectorum fratrum meorum, videlicet Erlandi, Nicolai et Johannis vna cum sigillo proprio presentibus duxi apponenda. Datum Slættorydh. Anno domini. M. CCC. XXX. septimo. feria sexta proxima post Canuti Regis et martyris.

Sigillen afritade: N:o 1, Gøstaf Niklissons (2 hjelkar); N:o 2, »S. Petri filii petri (i midten oritadt); N:o 3, »S. Svenonis Trottas». (2 færlor i kors); N:o 4, Erlands (likt n:o 3); de öfriga tomma.

3305.

1337 d. 11 Juli.

Slätteryd.

GØSTAF NIKLISSON gifver Sven Gädä och dess hustru Ingrid Gözdotter sina gårdar i Högsjöröd och Skärfsjöholt samt 100 mark penningar i diverse saker, förbindande sig att, ifall gårdarnes värde icke af gode män uppskattas till 100 mark, gifva fyllnad i denna summa.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 89.

Omnibus presens scriptum cernentibus, GØSTAUS NIKLISSON, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi me personis discretis, videlicet Sve-
noni